



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Regularium Priuilegia In Reliquis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

postolicæ, non potest Capitulum, seu Vicarius Sede vacante par. 7. tr. 12. ref. 26. § 27.

REGVLARIVM PRIVILEGIA

In reliquis.

Omnes ferè Regulares exempti sūt sunt, præter aliquos casus à iure expressos, in quibus Episcopus contra eos procedere potest tamquam Sedis Apostolicæ delegatus. An autem exempti sint à legibus synodalibus, dictum est, V. lex, n. 8.

12 Habent etiam privilegium eligendi sibi conservatorem, qui eos à manifestis iniuriis defendat, iuxta c. fin. de offic. deleg. & quidem per manifestam iniuriam Cruz & alij intelligunt quidquid est contra ius, & infer damnum monasterio, vnde & posse procedere contra debitores Religiosorum ex causa civilis, etiam laicos. Contrarium tenet Fuschus de visis. lib. 2. cap. 23. nu. 5. quia conservator non habet tribunal erectum. Adde quod in Bulla Gregorij exprimitur quod conservator procedere possit, quando Regulares sunt rei, non quando sunt actores. Et licet sacra Congregatio declaraverit, remanere adhuc ei facultatem se ingerendi in manifestis iniuriis Religioni illatis, per manifestas iniurias non videntur intelligi posse retentiones, seu non solutiones debitorum, quæ sunt quid privatum. Certè si animalia Religiosorum in alienis agris pauperum faciant, ad conservatorem pertinet iudicare, non ad iudicem sæcularem. Ita Rodriguez tom. 1. quest. 65. art. 1. 4. par. 3. tr. 1. ref. 10. Et idem de debitis civilibus domus Religiosæ, minime verò patricularium; quia hi habent suum Prælatum, cui omnino subditi sunt, & ab aliena iurisdictione penitus exempti. Dum tamen manent intra claustra. Ita Rodriguez art. 13. & Miranda quest. 47. art. 10. tom. 2. apud quos, & Lezanam, ac Laurentium de Peyri-

Et coram quo conveniantur ob pauperum factam ab eorum animalibus in agro alieno Et obbita civilia communita- tis.

nis, multa ad conservatorem spectant inu enies.

13 Regulares lectores, concionantes, studentes, Confessarij habeat privilegium, vt sibi commutetur obligatio Horarum à Prælato in certos Psalmos, & Pater noster, vt de lectoribus dictum est V. Lectores n. 3 par. 3. tr. 2. ref. 68. §. Non desinam.

14 Quamuis corpora defunctorum exhumari, & de loco in locum transferri sine licentia Episcopi non possint, iuxta cap. corpora Sanctorum, de condauera sec. d. 1. l. senec dum, l. nemo humanum, in rasuas C. de relig. & sumpt. fun. quando in mirum tradita sunt sepultura perpetua. Ad tamen possunt Regulares de consensu partium, intra limites propriæ Ecclesiæ, vt ait Villabos tom. 2. tract. 31. diff. 6. num. 4. ex privilegio Leonis X. & si non sunt sepulta in Capella propria, etiam sine consensu partium. par. 3. tract. 2. ref. 120. regularis sexagenarius non tenetur ad ieiunia regulari iuuenis 21. annorum tenetur. parte 9. tract. 6. resolutione 16.

15 Regularis dimittens habitum per mediam horam, nec si in conuentu recitaret in Comædiis non incurrit in excommunicationem par. 9. tr. 7. ref. 5.

Non paret- cularium Religio- rum. Scudis des- dit decli- nare possit onus diuini Officij.

Et superio- res trāsfer- res possunt condauera in rasuas Ecclesiæ.

Regularis recitans in monasterio in comædi- is nō incur- rit censurā.

REGVLARIVM PRIVILEGIA,

Quoad usum, & communicationem.

16 Circa usum, aduerre primò, Generales, & generale Capitulum posse usum privilegiorum limitare, & omnino tollere, etiam in Religiosis non habentibus ad id specialem facultatem Sedis Apostolicæ. Tamburinus de iur. Abbat. tom. 1. disp. 16. quest. 9. n. 2. Excipe, nisi aliquod privilegium in corpore iuris insertum esset, nam eius reuocatio esset statutum contra ius commune, quod ipsi prohibetur, cap. quod super his, de maior. & obed. p. 3. tr. 2. resol. 87 p. 11. tr. 2. ref. 66.

Privilegia Regulariū limitari, & tolli possunt à Generali, & generali Capitulo.

17 Nota secundò, Regulares vti posse suis privilegiis, non obstante quod derogatur

Non tamē non per nō usū.

FFFF

